

predicte societatis statuerunt et firmiter ordinaverunt, quod ab hodie usque ad annum unum aliqua persona, que sit de predicta societate, non possit nec debeat ire pro rectore seu potestate sive ad regimen seu potestariam aliquius infrascriptarum civitatum, videlicet Parme, Mutine et Cremone.

Item quod aliqua civitas seu locus societatis prescripte non det neque ire sinat aliquam personam sui districtus ad aliquod regimen seu potestariam istarum civitatum.

Item statuerunt et ordinaverunt, quod aliqua civitas dicte societatis sive locus usque ad dictum terminum non habeat nec habere possit nec elligat, tollat sive percipiat aliquam personam in suum rectorem seu potestatem, que sit de aliquo istarum civitatum, scilicet Parme, Mutine et Cremone.

Si quis autem contra predicta seu aliquod predictorum fecerit, publice banniantur (!) et a comune sue civitatis sive loci bona sua omnia devastentur.

depsa liga statuirono e firmamente ordinarono, che insine ad uno anno alchuna persona de li prenominati, che fusse in dicta colligatione non potesse ne dovesse andare per rectore overo al regimine de alchuna podestaria de le infrascripte citta, cio e Cremona, Parma e Modena.

Item che alchuna persona de cita o loco de lor liga non andasse ne fusse lasciato andare dil suo destricto al regimento

de le citta predicte.

Item fu statuito e ordinato, che le cita de la prefata liga

non potessino tore insine al dicto termine alchuna persona per rectore suo

de le prememorate citta, di Parma, Modena e Cremona; e chi contrafaceva,

fusse posto nel publico bando e

li suoi beni fusseno deguastati.

2) Eodem anno, die quintodecimo intrante decembri.

Dominus Iacobus de Terzago et Wifredus de Lucino et Wilielmus Mucius, anciani rectorum predictae societatis, de voluntate dominorum rectorum secum adstantium apud Bergamum in camera quadam comunis Bergami, videlicet Ugati Bonepartis de Tarvisio, Wilielmi Zanelli, Frugerii de Rassis, Widonis Rambertini, Ariverii de Carbonesi de Bononia, Petri Fantini, Oberti de Ozimiano de Alexandria, Conradi de Bagnollo de Brixia, Mantelli de Baxolla de Verzellis, Ardicionis Caze et Girardi Cavalerii de Novaria,